

Georg Radow

**Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. ac Prof. Publ. Funus Quod Pereximiae Matronae Catharinae von Vörden/ Coniugi suae desideratissimae, Vir Dn. Nicolaus Meierus, Senator Reip. Rostoch. ... hodie parabit, Publicitus indicit, & ad eundum Exequias Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat ...**


Rostochi[i]: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777135302>

Druck Freier  Zugang



**Radov, G.,  
in C. v. Vörden  
uxor. N. Meier  
Rost.(1668.)**







58.  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
GEORGIUS RA-  
DOVIUS, J. U. D.  
ac Prof. Publ.

FUNUS

Quod

*Pereximia MATRONÆ*

CATHARINÆ

von Zorden/

Conjugi suæ desideratissimo,

VIR

*Spectatissimus & Prudentissimus*

DN. NICOLAUS MEIERUS, Senator

REIP. Rostoch. eximius,

nunc VIDUUS mœstissimus, hodiè parabit,

Publicitùs indicit, & ad eundem Exequias

Omnium Ordinum CIVES ACADEMICOS

seriò studiosèq; invitat.

*Convenietur in Æde Marianâ horâ 1. pomerid.*

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typographi.





**G**RÆCORUM inter dicteria, etiam reperire est  
lequens:

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν ὁ μηδὲν μηδὲν ὀφείλων ;  
εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας; τὸ τρίτον, ὅστις ἄπειρος.

Latinè ita expresseris:

*Felix quidem primum, qui nemini aliquid debet;*

*Postea, qui uxorem non duxit; tertio, qui sine prole.*

Quem versus auctorem habeant, id vero dicere nobis  
minimè est in proclivi. Neque ut sciamus, magni

adeò interesse nostra arbitramur. Id cetero qui satis dis-

fertare promptè habebimus, è tribus felicitatum, quod

mentem quidem *Græculi* attinet, generibus, primum

bellè satis appositèq; dici, aut recto sic satis stare talo.

Neque enim isthoc homine quicquam temerè statuas

miserius, qui alieno constringatur ære. Quoad cetera

duo, ibi aut *Rusticus* Auctor est, aut est profectò *Asinus*.

Enimv. natus ad societatem homo est: Et quàm RES-

Publ. Familiis, tam carere Vir uxore nequit. Septem

Sapientum Princeps SOLON, in ceterà omni nil solidi

positum esse ait felicitate, ni & liberi accesserint, &

verò præcipuè eximia proba q; uxor, quæ in laboribus

levamen sit, inq; adversis solatium. In amplissimo *Se-*

*natus Romani* confesso VITELLUM quondam propo-

suisse novimus cum plura alia, tum præcipuè; nil esse

humana conditioni honestius aut convenientius,

quàm hujuscemodi assumere conjugem, quæ utrius-  
que nubendo fortunæ societatem ineat, prosperarum-  
que adeò, ac creperarum simul rerum fidissimam sese  
præbeat consortem. Nil universam hanc habere tel-  
lurem, quod comparari cum ipsà illâ quiret. Nul-  
lum esse tam preciosum aurum, nullas adeò nitentes  
gemmas, quæ non ad eandem ipsam sorderent. Quic-  
quid uspiam carum, suave, æstimatumq; foret, id verò o-  
mne nauci esse ac nihili, si cum, qualem signavimus,  
uxore conferretur. Quicquid jucunditatum cetero-  
qui, leporum, voluptatumq; ullibi sese offerret, id,  
præ fidâ conjugè, insuave, triste ac inamœnum omne  
esse. Ad eum ferè modum in *Senatu* dissertantem quon-  
dam audisses VITELLIUM de frugi rerumq; suarum  
fatagente uxore. Mordaces enim, petulcæ, atque  
adeò maritorum flagra crucesq;, quarum hodiè proh  
dolor! vilis annona est, in censum non veniunt. Con-  
cinit VITELLIO HESIODEA quoque sapientia, quæ  
nil dari posse quicquam homini majus meliusvè,  
quàm egregiam uxorem, luculentissimè profitetur.  
Quæ jam porrò adversus *ἀπαίδειαν* *Graculi* disputanda  
forent, lubentes prætervehimur, eò præcipuè, quòd  
vixerit NOSTRA, quæ hanc nobis hodiè commentan-  
di necessitatem imposuit, mortuaq; sit revera *ἀπαις*.  
Quamquam eà in re, cum delirante *Graculo* (lubeat sic  
identidem appellitare) nullam omninò posuit rerum  
suarum felicitatem. Quin potius *ἀτυχία* istam su-  
am sorti adscripsit cælitùs quidem immixta, sed asperæ  
tamen sic satis, ac perquam amaræ. Quòd si tamen hanc  
quoque in parte obviandum ineptienti *Pœtæ* sit, non  
crit



erit proffus nihil, quod objectetur, quovè vanissimi  
mortalium defricetur infultitas, & ea tanta quidem,  
uti scribentibus nobis gravedinem moverit & tuffim.  
Sanè enim opulentior CAMPANA quædam, ubi Ro-  
mam ventitasset, exceptaq; abs matre GRACCHO-  
RUM, CORNELIA, fuisset hospitio, continuo huic il-  
la, quicquid secum muliebris ferret ornatus, explicu-  
it; principe verò loco, gemmis auroq; distinctas vestes;  
quas ubi sic satis eximiè collaudasset CORNELIA, ro-  
gitavit CAMPANA, vicissim illa sibi monstraret, quid-  
quid fors in ipsius cimeliis puleri preciosiq; continere-  
tur. Ibi commodum adesse videres GRACCHOS  
pueros, è ludo literario domum reuelos, quos digito  
Mater commonstrans, *hos sua esse cimelia, hos thesauros  
esse suos*, ajebat. JONICÆ cuidam mulieri, de texturâ  
suâ impensissimè (erat verò etiam nobile & præcla-  
rum opus) glorianti, LACÆNA, ostensis quatuor  
suis, qui ex se prodissent, elegantissimis filiis, *hujusmo-  
di*, responsavit, *honesta Mulieris operas texturasvè esse,  
hisq; jactitare sese oportere*. Notum illud est *Stratophenis*  
apud comicum:

*Postquam filiolum peperit, animos sustulit.*

Ceterum pro confutando *Graculo* satis, si non plus  
satis. Nobis certè, isti quidem ruspando sterquilinio  
diutiùs immorari, minimè sedet sententia. Vertimus  
nos magis ad institutum tandem, & adversum POE-  
TÆ nugamenta testem citamus VIRUM Prudentissi-  
mum Spectatissimumq; DN. NICOLAUM MEIE-  
RUM, Senatorem eximium, utiq; suo probaturum fir-  
maturumq; calculo, gnava fidâq; ad minimum uxore

(de

(de liberis enim non temerè feret ipse quidem sen-  
tentiam ) nil sibi obtigisse exoptatius; perisseq; prin-  
cipem jam felicitatis humanæ partem, quàm per e-  
jusdem discessum acerbissimâ hodiè viduitatis con-  
ditione constitueretur. Dicemus jam ordine, quæ  
ad historiam F U N C T Æ, cùm quâ vitam, tum quâ  
mortem, pertinere videbuntur. Nata est ipso hoc  
loco, Anno Seculi currentis XII. Patre Viro hono-  
ratissimo DN. **Hans von Wörden** / Negociatore  
ac Cerevisiario præstanti; Matreq; **MARGARITA**  
**Kabelovs** / Feminarum ornatissimâ; Quæ cùm fa-  
to fungeretur suo, parens altero sibi matrimonio  
junxit virginem lectissimam **Engel Gottschouwen** /  
Viri Clarissimi DN. M. **JOANNIS Gottschouwen** /  
Scholæ Stargardiensis Rectoris eximii, relictam fili-  
am. Hæc ipsa etiamnum superstitans quidem, sed  
morbo implicata, supremum *privignæ* suæ deferre,  
honorem nequit. **NOSTRA**, ut primum nata fo-  
ret, & diæ luminis auras conspicaretur, confestim  
per S. Baptismi aquam **CHRISTO** ejusq; Ecclesiæ  
inserta fuit. Dein verò etiam ita educata, ut ilu-  
centissimum sanè exemplar esset, quod ceteræ quo-  
que virgines magno molimine sequerentur. Pudo-  
rem præcipuè tam studiosè custodisse intelleximus,  
uti vel ipsa oscula (rarissimo ceteroquin ævi nostri  
specimine) integra atq; illibata ad virum pertulerit.  
Quem nacta primum Anno XXXIV. DN. **LAMBER-**  
**TUM Schieren** / Civem & mercatorem industrium.  
Sed enim verò hic ipse, quàm torus non nisi quadri-  
ennium steterisset, naufragus, mari miserè, cumq; in-  
comparabili **SUÆ** dolore, periit. Tres itaq; integros  
110  
annos

annos CATHARINA marito nuda, alteris tandem  
nuptiis sibi, DEO ita disponente, sociavit VIRUM  
supra jam nominatum DN. NICOLAUM MEIE-  
RUM, Senatorem præstantissimum, quo cum sic sa-  
tis diu, totosq; septem & viginti vixit annos, adeo  
amicè, benivolè, pacatèq;, uti nunquam conjugum  
animos coire cerneret, ceu qui nunquam vel dissi-  
lierant, vel discesserant in partes. Non turbavit a-  
morem concordiamq; *Græculi delirantis* tantoperè  
laudata *ἀμνία*. Ut quam uterq; eo, quo debuit, a-  
nimo, id est, patiente tulit. Nefas uterq; & grande  
ratus piaculum, eo nomine rixari cum cœlis velle.  
Et ceteroqui, quemadmodum EPAMINONDÆ,  
ipsi quoq; *ἄπειρα*, liberorum loco fuit *pugna Leuctri-  
ca*, quam ex se cum immortali nominis sui honore  
reliquisset; sic NOSTRA *ἀπίε*, jacturam denegatæ  
prolis tot farsit virtutibus, quot annos ipsa nata fo-  
ret. Pietatis, probitatis, candoris, modestiæq; ob-  
servantissimam fuisse, tam curatè novimus, quàm  
hosce ipsos manuum nostrarum decem digitos. Ma-  
riti, domus, rei q; familiaris adeo reperta semper stu-  
diofa, uti vel sacramento firmare sustineas, hic sine  
exemplo planè extitisse. Nunquam mens ipsius va-  
nas accepit imagines. Nunquam pluris esse for-  
mam, quàm morum sanctitatem, vitio ipsa suo fa-  
vens libido in NOSTRA credidit. Neque enim hac  
contagione, quæ ab impiorum filiabus proficiscere-  
aur, afflari sese passa est. Nunquam in ullum nota-  
bile quidè *Ævi* nefas suapte sponte, datavè operâ  
prorupisse visa. Vivebat quidem temporibus, qui-  
bus dolor! perierat jus, integritas, fides; quibusq;  
qui

30115

qui semel dimissus, vix rediret in gratiam pudor.  
Vivebat iis temporibus, quibus nullum ferè scelus  
exemplo careret; quibus vix cuiquam vacaret ve-  
tus odisse crimen, cum cotidie oriretur novum.  
Hujuscemodi, inquam, CATHARINA seculo æta-  
tem debebat suam. Sed ita debebat tamen, uti  
planè de tantâ morum malignitate participaret  
nihil; sanctam potius sese arque puram, quan-  
tum humana ferret industria, undiquaque adser-  
varet. Quæ nisi in laudem memoriamque MA-  
TRONÆ relinqueremus, non satis profe-  
ctò dextrè videremur functi in ipsam officio. Ali-  
quàm est diu, quòd valetudine urgeretur, Medico-  
rumq; DN. D. JOANNIS BACMEISTERI, & DN. D.  
SEBASTIANI WIRDIGII, Professorum Excellen-  
tiss. Collegarum nostrorum amicissimorum, subsi-  
dia imploraret. Qui ipsi etiam ÆGRÆ sic satis præ-  
claram sedulamq; navavere operam. Ceterum effe-  
ctum non admodum benigno. Quem nec habent pro-  
fectò in manu semper suâ *Medentium Filis*. Enim verò  
adnimadversum cotidie malum est in peius ire, ipsa-  
que CLINICA, quâ foret conditione, probè depren-  
sa intelligere. Proin cum caussarium corpus nullo re-  
parare medicamine quiret, id egit, uti animam er-  
roribus, quibus non unis (si vel maximè ab consul-  
tis sedulo sibi, quod supra dicebamus, caveret) atti-  
neri noverat, exsolveret. Exsolvit autem re-  
ctissimè, dum & confiteretur, &, prævia isthac con-  
fessione, sacrâ sese synaxi, tanquam ultimo viatico,  
muniret. Usa eâ in re operâ ministerioq; VIRI plur.  
Rev. & Excell. DN. HINRICI MULLERI, S. Theol. D.


ac)

ac Prof. Publ. Mariani item Pastoris benemerentissimi, Collegæ & Adfinis nostri conjunctissimi; qui decumbentem præterea efficacissimis Scripturarum oraculis roboravit, vel potius unas cum eadem junxit operas; ut quæ suapte etiam sponte sic sese satis abundè eximièq; solaretur. Trigesimus lapsi nuperimè mensis Decembris fuit, qui vitæ saturæ, resque mundanas, in quibus nemo sapiens usq; adeò magnum momentum ponat, penitens exolat, finem attulit, meliusque ac sanctius conciliavit Ævum. Nostri jam fuerit officii, CIVES ACADEMICI, FUNCTÆ frequentes ire exequias, honoreque ad eò supremo in ipsam defungi. Quæ ipsa prothymia ac benivolentia vestra leniendo superstitantis DN. VIDUI dolori miri ficè faciet, ipseq; dabit, quantum unquam poterit, operam, uti non ingratum aut immemorem id genus beneficii collatum abs vobis fuisse videatur. Claudimus, & quem non ita pridem novum orsi annum sumus, eum PROVINCIE, ACADEMIÆ, URBI, OMNIBUS BONIS, faustum felicemq; ex animo apprecamur. P.P, sub Sigillo Rectoratus, die IIX. Jan.

Anno 1668.













(de liberis enim non temere  
tentiam) nil sibi obrigisse ex  
cipem jam felicitatis huma  
jusdem discessum acerbissimi  
ditione constitueretur. Dic  
ad historiam **FUNCTÆ**, cū  
mortem, pertinere videbunt  
loco, Anno Seculi currentis  
rarissimo DN. **Hans von W**  
**ac Cerevisiario** præstanti; **M**  
**Kadelovs**/Feminarum orn  
to fungeretur suo, parens a  
junxit virginem lectissimam  
Viri Clarissimi DN. **M. JOAN**  
**Scholæ Stargardiensis** Rector  
am. Hæc ipsa etiamnum sup  
morbo implicita, supremum  
honorem nequit. **NOSTR**  
ret, & dias luminis auras cor  
per S. Baptismi aquam **CHR**  
inserta fuit. Dein verò etia  
lentissimum sanè exemplar e  
que virgines magno molimi  
rem præcipuè tam studiosè c  
uti vel ipsa oscula (rarissimo  
specimine) integra atq; illiba  
Quem nacta primum Anno  
**TUM Schieren**/Civem & m  
Sed enim verò hic ipse, quum  
ennium sterisset, naufragus,  
comparabili **SUÆ** dolore, pe

140

videm sen  
riffeq; prin  
um per e  
tatis con  
ordine, quæ  
n, tum quæ  
est ipso hoc  
Viro hono  
gociatore  
**RGARITA**  
uæ cūm fa  
nratrimonio  
**Schouwen/**  
**Schouwen/**  
elictam fili  
videm, sed  
æ deferre  
im nata fo  
, confestim  
q; Ecclesiæ  
ta, utilicu  
eteræ quo  
tur. Pudo  
telleximus,  
ævi nostri  
pertulerit.  
**LAMBER**  
ndustrium,  
nisi quadri  
cumq; in  
q; integros  
annos

